

*Guillelmi de Tocco***Historia Sancti Thomae de Aquino****CAPITULUM XIII****Quod praedictus sanctus iuvenis ordini restitutus ad magistrum Albertum eiusdem ordinis in Coloniam mittitur instruendus**

Postquam vero frater Thomas, sicut divinitus fuerat ordini deditus, sic fuit divinitus restitutus, magna fratrum est facta laetitia, visa subito provisione divina. Qui cogitantes non esse tutum tam nobilem iuvenem retinere in suorum natalium regione, quamvis parentes eius et fratres sui, visa eius constantia, ab eius impugnatione cessassent, fratres ipsum Romam ad capitulum generale miserunt, in quo provideretur ei propter spem futuri profectus in proximo de studio generali.

Quem cum frater Iohannes Teutonicus, magister ordinis, in carissimum in Christo filium suscepisset, duxit ipsum Parisius et deinde Coloniam, ubi sub fratre Alberto magistro in theologia eiusdem ordinis florebat studium generale, qui reputabatur in omni scientia singularis.

Quo cum pervenisset praedictus iuvenis et audisset eum in omni scientia profunda et miranda docentem, gavisus est se cito invenisse quod quaereret, a quo aurire posset avidus quod sitiret. Qui ut ostenderet quod ad hoc tendebat quo venerat, coepit miro modo taciturnus esse silentio, in studio assiduus et in oratione devotus, interius colligens in memoria quod postmodum effunderet in doctrina. Qui cum sub velamine mirae simplicitatis taciturnus absconderet quidquid a magistro addisceret et quod Deus ei miseranter infunderet, coeperunt eum fratres vocare bovem mutuum,

*Wilhelm von Tocco***Geschichte des Hl. Thomas von Aquin****KAPITEL 13****Daß der genannte heilige Jüngling, nachdem er dem Orden zurückgegeben worden war, zu Magister Albert aus demselben Orden nach Köln zum Unterricht geschickt wird**

Nachdem aber Bruder Thomas, wie er durch göttliche Fügung dem Orden geweiht worden war, ihm so auch durch göttliche Fügung zurückgegeben worden war, war die Freude der Brüder groß; denn sie erkannten plötzlich die göttliche Vorsehung. Sie dachten, es sei nicht sicher, einen so edlen Jüngling im Bereich seiner Verwandten zu lassen, obgleich seine Eltern und seine Brüder, als sie seine Standhaftigkeit gesehen hatten, von seiner Bedrängung abgelassen hatten. Die Brüder schickten ihn deshalb nach Rom zum Generalkapitel, damit bei diesem in der Erwartung seines künftigen Erfolges baldigst Vorsorge für ihn wegen eines Studium generale getroffen werde.

Nachdem ihn Bruder Johannes Teutonicus, der Ordensmeister, als seinen in Christus vielgeliebten Sohn aufgenommen hatte, schickte er ihn nach Paris und dann nach Köln, wo unter Bruder Albert, dem Magister der Theologie aus demselben Orden, der als einzigartig in jeder Wissenschaft galt, das Studium generale erblühte.

Als der genannte Jüngling dorthin gekommen war und diesen, der in aller Wissenschaft gründlich und bewundernswert war, lehren hörte, freute er sich darüber, daß er so schnell gefunden hatte, was er suchte und wovon er, der begierig war zu trinken, schöpfen konnte. Um zu zeigen, daß er nach dem strebe, wozu er gekommen war, begann er, in einer wunderbaren Weise sich in Schweigen zu hüllen; er war im Studium eifrig, im Gebet fromm und sammelte in seinem Gedächtnis, was er später in der Lehre ausbreiten sollte. Da er unter dem Schleier einer erstaunlichen Einfalt schweigsam verbarg, was immer er vom Magister lernte und was ihm Gott barmherzig einflößte, begannen ihn die Brüder den stummen Ochsen zu nennen,



ignorantes de eo futurum in doctrina mugitum. Vere utiliter sibi et aliis quasi mutus ab exteriori erat eloquio, ut cum suis cogitationibus loquacior fieret in secreto, ut inde habitum scientiae citius tacens colligeret, quem nulla exterior locutio impediret.

Cumque sic taciturnus proficeret, cuius profectum opinio humana nesciret, coepit magister Albertus librum *De divinis nominibus* beati Dionysii legere, et praedictus iuvenis attentius lectionem audire.

Cui cum quidam studens, ignorans quanta virtus intelligentiae in ipso lateret, ex compassione ad repetendam ei lectionem se voluntarium obtulisset, ipse ut humillimus grates referens acceptavit. Qui studens cum coepisset repetere et tamen deficeret, praedictus frater Thomas, quasi iam a Deo loquendi accepta licentia, lectionem distincte repetit, et multa quae magister non dixerat repetendo supplevit. De quo studens admirans rogavit ut deinceps frater Thomas ei lectiones repeteret et sibi in hoc pro gratia mutuae vicissitudinis responderet. Quod cum humiliter promississet, rogavit ne aliis revelaret, ut ipse adhuc absconditus in sua simplicitate maneret.

Qui cum hoc promitteret, graviter tamen se arguens si taceret, indicavit magistro studentium inventum in dicto iuvene sapientiae inopinatae thesaurum. Qui cum occulte loco repetitionis se ingerens, eius sufficientiam plus quam a studente audiverat percepisset, magistro Alberto profectum studuit indicare discipuli pro consolatione magistri.

Contingit etiam illis diebus dictum magistrum disputare quandam difficilem quaestionem. Quam cum frater Thomas recollectam scripsisset in cedula, et quidam studens casu ipsam ante eius cellam inveniens magistro cum gaudio ostendisset, legens ipsam magister et furtum studiosi admirans discipuli, advertit in ipso tam diuturnum silentium cum tanta simplicitate et puritate conversationis et vitae, alicuius magnae et occultae gratiae privilegio non carere.

denn sie wußten nichts von seinem künftigen ‚Brüllen‘ in der Lehre. Es war wahrhaft nützlich für ihn wie für die anderen, daß er gewissermaßen stumm in der äußeren Rede war, auf daß er mit seinen Gedanken im geheimen um so beredter wäre und um so schneller schweigend den Habitus des Wissens in sich sammle, da ihn keine äußere Rede behinderte.

Während er so schweigsam Fortschritte machte - Fortschritte, von denen die menschliche Meinung nichts wußte -, begann Magister Albert das Buch *Über die göttlichen Namen* des seligen Dionysius zu lesen, und der genannte Jüngling hörte aufmerksamer seiner Vorlesung zu.

Als einer der Studenten, der nicht wußte, welche große Kraft an Einsicht in ihm verborgen war, sich aus Mitleid freiwillig anbot, ihm die Vorlesung zu wiederholen, nahm er, demütig, wie er war, das Angebot an und dankte ihm dafür. Als der Student mit der Wiederholung begann, dann aber steckenblieb, wiederholte der genannte Bruder Thomas, so als habe er von Gott die Erlaubnis empfangen zu reden, die Vorlesung genau und ergänzte bei der Wiederholung vieles, was der Magister nicht gesagt hatte. Der Student, der darüber erstaunt war, bat ihn, Bruder Thomas möge ihm von nun an die Vorlesungen wiederholen, und er stimmte dem unter der Bedingung der Wechselseitigkeit zu. Als er dies demütig versprochen hatte, bat er [Thomas] ihn, dies nicht den anderen zu offenbaren, damit er wie bisher in seiner Einfalt verborgen bleibe.

Nachdem dieser ihm dies versprochen hatte, klagte er sich jedoch hart dafür an, daß er schweige, und zeigte deshalb dem Magister der Studenten den Schatz unvermuteter Weisheit an, den er bei dem Jüngling gefunden hatte. Als dieser sich heimlich zum Ort der Wiederholung begeben hatte und wahrnahm, daß seine [Thomas'] Begabung größer war, als er von dem Studenten gehört hatte, wollte er Magister Albert zum Trost den Fortschritt seines Schülers anzeigen.

Es geschah aber, daß der genannte Magister in diesen Tagen eine Disputation über eine schwierige Frage hielt. Nachdem Bruder Thomas die Vorlesung auf einem Zettel mitgeschrieben hatte, fand diesen zufällig ein Student vor seiner Zelle und zeigte ihn freudig dem Magister. Der Magister las ihn und staunte über den Streich des gelehrigen Schülers, und er dachte bei sich, daß ein solches andauerndes Schweigen, verbunden mit einer so großen Einfalt und Reinheit in Umgang und Lebenswandel des Vorzuges einer großen und geheimnisvollen Gnade nicht entbehre.

Unde mandavit magistro studentium ut quaestionem satis difficilem ei committeret, de qua in crastino responderet. Quam cum ex humilitate nollet recipere, ex necessitate oboedientiae paravit se humiliter oboedire. Unde ad consuetum locum orationis se conferens et ad primum actum inchoandum suum scolasticum se Deo humiliter recommendans, ad respondendum de quaestione, prout divino adiutus auxilio potuit, in scolis in crastino se paravit.

Ubi cum repetitis argumentis magistri praemisisset quandam distinctionem per quam ad quaestionem et argumenta sufficientissime respondebat, praedictus magister ei dixit: „Frater Thomas, tu non videris tenere locum respondentis, sed determinantis.“ Cui cum omni reverentia respondit: «Magister, non video quomodo possim ad quaestionem aliter respondere.» Et tunc magister dixit: „Modo respondeas ad quaestionem per tuam distinctionem.“ Et fecit ei quatuor argumenta tam difficilia ut omnino se ei crederet conclusisse.

Ad quae cum frater Thomas sufficientissime respondisset, fertur magistrum Albertum dixisse per spiritum prophetiae: „Nos vocamus istum bovem mutum, sed ipse adhuc talem dabit in doctrina mugitum quod in toto mundo sonabit!“ Quod dictum propheticum est veraciter adimpletum, nam in toto mundo, inter fideles dum eius doctrina diffunditur, Ecclesia eius vocibus edocetur.

Iuvenis autem, qui cor suum in humilitatis fundaverat pavimento, ex tanti magistri testimonio et ex tam honorabili actu scolastico non erexit in superbiam animum nec mutavit solitae simplicitatis exemplum, eundem modum vivendi servans in posterum quem tenuerat inchoatum, quamvis praedictus magister omnes difficiles actus scolasticos ipsi committeret, quem sufficientiorem aliis inveniret.

Post hoc autem praedictus magister Albertus cum librum *Ethicorum* cum quaestionibus legeret, frater Thomas magistri lecturam studiose collegit et redegit in scriptis; opus stilo disertum, subtilitate profundum, sicut a fonte tanti doctoris aurire potuit, qui in scientia omnem hominem in sui temporis aetate praecessit.

Daher gebot er dem Magister der Studenten, er möge ihm eine hinreichend schwierige Frage übertragen, auf die er am folgenden Tag antworten sollte. Aus Demut wollte er [Thomas] sie zwar nicht annehmen, aus Gehorsamspflicht aber war er bereit, demütig zu gehorchen. Daher begab er sich an den Ort, an dem er zu beten pflegte und empfahl sich für die erste scholastische Tätigkeit, mit der er beginnen sollte, demütig Gott. Um am anderen Morgen in der Schule auf die Frage zu antworten, so wie er es mit göttlichem Beistand vermöchte, bereitete er sich anschließend darauf vor.

Als er die Argumente des Magisters wiederholt und eine Unterscheidung vorausgeschickt hatte, durch die er in völlig hinreichender Weise die Frage und die Argumente beantwortete, sagte der genannte Magister zu ihm: „Bruder Thomas, du scheinst nicht die Stellung des Antwortenden einzunehmen, sondern die desjenigen der die endgültige Lösung feststellt.“ Mit aller Ehrfurcht antwortete er ihm: „Magister, ich sehe nicht, wie ich auf diese Frage anders antworten könnte.“ Da sagte der Magister: „Nun antworte auf die Frage mit deiner Unterscheidung.“ Und er legte ihm vier so schwierige Argumente vor, daß er glaubte, er habe ihn völlig ratlos gemacht.

Als Bruder Thomas völlig hinreichend darauf geantwortet hatte, wurde Magister Albert durch den Geist der Prophetie getrieben zu sagen: „Wir nennen ihn einen stummen Ochsen, aber er wird noch mit seiner Lehre ein solches Brüllen von sich geben, daß es in der ganzen Welt ertönt.“ Dieses prophetische Wort hat sich wahrhaft erfüllt; denn auf der ganzen Welt wird unter den Gläubigen seine Lehre verbreitet und die Kirche mit seinen Worten belehrt.

Der Jüngling aber, der sein Herz auf das Fundament der Demut gegründet hatte, erhob sich trotz des Zeugnisses eines solchen Magisters und trotz einer so ehrenhaften scholastischen Leistung nicht zu geistigem Hochmut, noch änderte er seine gewohnte beispielhafte Einfachheit. Er bewahrte weiterhin dieselbe Lebensweise, mit der er begonnen hatte, auch wenn der genannte Magister ihm alle schwierigen scholastischen Aufgaben übertrug, weil er ihn für geeigneter hielt als die anderen.

Danach aber, als der genannte Magister Albert das Buch der *Ethik* mit Fragen [d.h. in Form einer Disputation] las, faßte Bruder Thomas die Vorlesung des Magisters gelehrig zusammen und ergänzte sie schriftlich; ein Werk, im Stil beredt, im Scharfsinn tief, wie er es aus der Quelle eines solchen Lehrers schöpfen konnte, der jeden Menschen seiner Zeit in der Wissenschaft übertraf.

Et bene congruit providentiae divini consilii ut a lectione libri *De divinis nominibus* praedictus frater Thomas acciperet a Deo loquendi et se manifestandi licentiam, cui Deus concessurus erat sui nominis manifestare doctrinam, ut a Dei nominibus divinae notitiae lectionem inciperet, quam usque in finem vitae legendo perficeret, quam scribendo etiam moriens non taceret. [...]

CAPITULUM XV

Quod persuasione magistri Alberti factus est sanctus Thomas baccellarius Parisiensis.

Post haec autem cum frater Thomas sic mirabiliter in scientia et in vita proficeret, et magistro Alberto ex commissione reverendi patris fratris Iohannis de Vercellis, magistri ordinis, incumberet ut Parisiensi studio de sufficienti baccellario provideret, magister praedicti sui discipuli praevidens velocem in doctrina profectum persuasit per litteras praedicto magistro ut de fratre Thoma de Aquino pro baccellario in praedicto studio provideret, describens eius sufficientiam in scientia et in vita. Quem cum non statim duceret acceptandum adhuc sibi in gratiis praedictis ignotum, suasu domni Hugonis cardinalis eiusdem ordinis, cui erat de ipso per litteras intimatum, praedictus magister ipsum in praedicti studii baccellarium acceptavit, scribens ei ut statim Parisius se conferret et ad legendum Sententias se pararet.

(Lateinischer Text: ed. C. Le Brun-Gouanvic [=Pontifical Institute of Medieval Studies, Studies and Texts, 127], Toronto, 1996)

Es war aber dem Ratschluß der göttlichen Vorsehung sehr angemessen, daß Bruder Thomas während der Vorlesung des Buches *Über die göttlichen Namen* von Gott die Erlaubnis empfing, zu reden und sich zu offenbaren, da Gott ihm gewähren sollte, die Lehre seines Namens zu offenbaren, indem er seine Vorlesung über Gotteserkenntnis mit den göttlichen Namen begann und bis zum Ende seines Lebens in Vorlesungen wie in seinen Schriften vollenden sollte - und auch im Sterben nicht davon schweigen sollte. [...]

KAPITEL 15

Daß der heilige Thomas durch die Überredung Magister Alberts Bakkalaureus zu Paris wurde

Danach aber, als Bruder Thomas so wunderbare Fortschritte in der Wissenschaft und im Leben machte und Magister Albert im Auftrag des ehrwürdigen Vaters Johannes de Vercellis, des Ordensmeisters, beabsichtigte, die Universität von Paris mit einem fähigen Bakkalaureus zu versehen, überredete der Magister, der den schnellen Fortschritt seines genannten Schülers in der Lehre voraussah, in Briefen den genannten Meister, Bruder Thomas von Aquin für das Bakkalaureat an der genannten Universität vorzusehen, und beschrieb ihm seine besonderen Fähigkeiten in Wissenschaft und Leben. Obwohl er ihn nicht sogleich zur Zustimmung brachte, da seine [Thomas'] Gaben bisher nicht bekannt waren, nahm der genannte Ordensmeister auf Rat des Herrn Kardinal Hugo aus demselben Orden, der über ihn brieflich unterrichtet worden war, ihn als Bakkalaureus der besagten Universität an und schrieb ihm, er möge sich sogleich nach Paris begeben und sich darauf vorbereiten, über die *Sentenzen des Petrus Lombardus* zu lesen.

(Deutsche Übersetzung: Hanns-Gregor Nissing)